



Reverendissime, Perillustris, ac Amplissime
S. R. I. PRÆLATE DOMINE DOMINE
DOMINICE

Imperialis Monasterij Weingartenensis Abbas
Vigilantissime
Nec non
Almæ Congregationis Suevico-Benedictino-Josephinae
Præses dignissime!



Ovas in Vineis plantavimus Philosophiæ vites.
At cui decoctos hucusq; fructus, cui botros
inde decerptos adferamus? Jam est jure deci-
sum, fructus pertinent ad vinearum Domi-
num. Hinc tum justitiæ, tum alijs, ijsq; plurimis obstricti
titulis tibi Reverendissime Vinearum Domine, ac Præsul
dignissime collectas ex vitibus Philosophicis uvas quam
demississime offerimus. Has fuscipe in debitam gratitudi-
nis tesseram! tibi enimvero suam genesin, tibi progressum,
tibi coronidem ipsam unice in acceptis refert Philosophia
nostra: quoniam prima vice eam in Vineis docendi, atq;
discendi copiam adnutu ter gratioso tradidisti; eam ma-
chinis, atq; instrumentis ad capienda rerum experimenta
perquam accomodis munifice dotasti; eam denique ad
extremam usque lineam benignissime non modo tole-
rasti, sed fovisti etiam. Paucis multa: plantavimus qui-
dem